

Die  
philosophischen Schriften  
von  
Gottfried Wilhelm Leibniz.

Herausgegeben  
von  
C. I. Gerhardt.

Vierter Band.

---

## I.

## Meditationes de Cognitione, Veritate et Ideis.

Quoniam hodie inter Viros egregios de veris et falsis ideis controversae agitantur, eaque res magni ad veritatem cognoscendam momenti est, in qua nec ipse Cartesius usquoquaque satisfecit, placet quid mihi de discriminibus atque criteriis Idearum et cognitionum statuendum videatur, explicare paucis. Est ergo cognitio vel obscura vel clara, et clara rursus vel confusa vel distincta, et distincta vel inadaequata vel adaequata, item vel symbolica vel intuitiva: et quidem si simul adaequata et intuitiva sit, perfectissima est.

Obscura est notio, quae non sufficit ad rem repraesentatam agnoscendam, veluti si utcumque meminerim alicujus floris aut animalis olim visi, non tamen quantum satis est, ut oblatum recognoscere et ab aliquo vicino discernere possim; vel si considerem aliquem terminum in scholis parum explicatum, ut Entelechiam Aristotelis, aut causam prout communis est materiae, formae, efficienti et fini, aliaque ejusmodi, de quibus nullam certam definitionem habemus: unde propositio quoque obscura fit, quam notio talis ingreditur. Clara ergo cognitio est, cum habeo unde rem repraesentatam agnoscere possim, eaque rursus est vel confusa vel distincta. Confusa, cum scilicet non possum notas ad rem ab aliis discernendam sufficientes separatim enumerare, licet res illa tales notas atque requisita revera habeat, in quae notio ejus resolvi possit: ita colores, odores, sapor, aliaque peculiaria sensuum objecta satis clare quidem agnoscimus et a se invicem discernimus, sed simplicis sensuum testimonio, non vero notis enuntiabilibus; ideo nec caeco explicare possumus, quid sit rubrum, nec aliis declarare talia possumus, nisi eos in rem praesentem ducendo, atque ut idem videant, olfaciant aut gustent efficiendo, aut saltem praeteritae alicujus perceptionis similis eos admonendo: licet certum sit, notiones

harum qualitatū compositas esse et resolvi posse, quippe cum causas suas habeant. Similiter videmus pictores aliosque artifices probe cognoscere, quid recte, quid vitiose factum sit, at iudicii sui rationem reddere saepe non posse, et quaerenti dicere, se in re quae displicet desiderare nescio quid. At distincta notio est qualem de auro habent Docimastae, per notas scilicet et examina sufficientia ad rem ab aliis omnibus corporibus similibus discernendam: tales habere solemus circa notiones pluribus sensibus communes, ut numeri, magnitudinis, figurae, item circa multos affectus animi, ut spem, metum, verbo circa omnia quorum habemus Definitionem nominalem, quae nihil aliud est, quam enumeratio notarum sufficientium. Datur tamen et cognitio distincta notionis indefinibilis, quando ea est primitiva sive nota sui ipsius, hoc est, cum est irresolubilis ac non nisi per se intelligitur, atque adeo caret requisitis. In notionibus autem compositis, quia rursus notae singulae componentes interdum clare quidem, sed tamen confuse cognitae sunt, ut gravitas, color, aqua fortis, aliaeque quae auri notas ingrediuntur, hinc talis cognitio auri licet distincta sit, inadaequata est tamen. Cum vero id omne quod notitiam distinctam ingreditur, rursus distincte cognitum est, seu cum analysis ad finem usque producta habetur, cognitio est adaequata, cujus exemplum perfectum nescio an homines dare possint; valde tamen ad eam accedit notitia numerorum. Plerumque autem, praesertim in Analysis longiore, non totam simul naturam rei intuemur, sed rerum loco signis utimur, quorum explicationem in praesenti aliqua cogitatione compendii causa solemus praetermittere, scientes aut credentes nos eam habere in potestate: ita cum Chiliogonum seu Polygonum mille aequalium laterum cogito, non semper naturam lateris et aequalitatis et millenarii (seu cubi a denario) considero, sed vocabulis istis (quorum sensus obscure saltem atque imperfecte menti observatur) in animo utor loco idearum quas de iis habeo, quoniam memini me significationem istorum vocabulorum habere, explicationem autem nunc iudico necessariam non esse; qualem cogitationem caecam vel etiam symbolicam appellare soleo, qua et in Algebra et in Arithmetica utimur, imo fere ubique. Et certe cum notio valde composita est, non possumus omnes ingredientibus eam notiones simul cogitare: ubi tamen hoc licet, vel saltem in quantum licet, cognitionem voco intuitivam. Notionis distinctae primitivae non alia datur cognitio, quam intuitiva, ut compositarum plerumque cogitatio non nisi symbolica est.

Ex his jam patet, nos eorum quoque quae distincte cognoscimus, ideas non percipere, nisi quatenus cogitatione intuitiva utimur. Et sane contingit, ut nos saepe falso credamus habere in animo ideas rerum, cum falso supponimus aliquos terminos, quibus utimur, jam a nobis fuisse explicatos: nec verum aut certe ambiguitati obnoxium est, quod ajunt aliqui, non posse nos de re aliqua dicere, intelligendo quod dicimus, quin ejus habeamus ideam. Saepe enim vocabula ista singula utcunque intelligimus, aut nos antea intellexisse meminimus, quia tamen hac cogitatione caeca contenti sumus et resolutionem notionum non satis prosequimur, fit ut lateat nos contradictio, quam forte notio composita involvit. Haec ut considerare distinctius, fecit olim argumentum, dudum inter Scholasticos celebre, et a Cartesio renovatum, pro Existencia Dei, quod ita habet: Quicquid ex alicujus rei idea sive definitione sequitur, id de re potest praedicari. Existencia ex DEI (sive Entis perfectissimi, vel quo majus cogitari non potest) idea sequitur. (Ens enim perfectissimum involvit omnes perfectiones, in quarum numero est etiam existencia). Ergo existencia de DEO potest praedicari. Verum sciendum est, inde hoc tantum confici: si DEUS est possibilis, sequitur quod existat; nam definitionibus non possumus tuto uti ad concludendum, antequam sciamus eas esse reales, aut nullam involvere contradictionem. Cujus ratio est, quia de notionibus contradictionem involventibus simul possent concludi opposita, quod absurdum est. Soleo autem ad hoc declarandum uti exemplo motus celerrimi qui absurdum implicat; ponamus enim rotam aliquam celerrimo motu rotari, quis non videt, productum aliquem rotae radium extremo suo celerius motum iri, quam in rotae circumferentia clavum; hujus ergo motus non est celerrimus, contra hypothesin. Interim prima fronte videri possit nos ideam motus celerrimi habere; intelligimus enim utique quid dicamus, et tamen nullam utique habemus ideam rerum impossibilium. Eodem igitur modo non sufficit nos cogitare de Ente perfectissimo, ut asseramus nos ejus ideam habere, et in hac allata paulo ante demonstratione possibilitas Entis perfectissimi aut ostendenda aut supponenda est, ut recte concludamus. Interim nihil verius est, quam et nos DEI habere ideam, et Ens perfectissimum esse possibile, imo necessarium; argumentum tamen non satis concludit, et jam ab Aquinate rejectum est.

Atque ita habemus quoque discrimen inter definitiones nominales, quae notas tantum rei ab aliis discernendae continent, et reales,

ex quibus constat rem esse possibilem, et hac ratione satisfacit Hobbio, qui veritates volebat esse arbitrarias, quia ex definitionibus nominalibus penderent, non considerans realitatem definitionis in arbitrio non esse, nec quaslibet notiones inter se posse conjungi. Nec definitiones nominales sufficiunt ad perfectam scientiam, nisi quando aliunde constat rem definitam esse possibilem. Patet etiam, quae tandem sit Idea vera, quae falsa, vera scilicet cum notio est possibilis, falsa cum contradictionem involvit. Possibilitatem autem rei vel a priori cognoscimus, vel a posteriori. Et quidem a priori, cum notionem resolvimus in sua requisita, seu in alias notiones cognitae possibilitatis, nihilque in illis incompatible esse scimus; idque fit inter alia, cum intelligimus modum, quo res possit produci, unde prae caeteris utiles sunt Definitiones causales: a posteriori vero, cum rem actu existere experimur, quod enim actu existit vel extitit, id utique possibile est. Et quidem quandocunque habetur cognitio adaequata, habetur et cognitio possibilitatis a priori; perducta enim analysi ad finem, si nulla apparet contradictio, utique notio possibilis est. An vero unquam ab hominibus perfecta institui possit analysis notionum, sive an ad primaabilia ac notiones irresolubiles, sive (quod eodem redit) ipsa absoluta Attributa DEI, nempe causas primas atque ultimam rerum rationem, cogitationes suas reducere possint, nunc quidem definire non ausim. Plerumque contenti sumus, notionum quarundam realitatem experientia didicisse, unde postea alias componimus ad exemplum naturae.

Hinc ergo tandem puto intelligi posse, non semper tuto provocari ad ideas, et multos specioso illo titulo ad imaginationes quasdam suas stabilendas abuti; neque enim statim ideam habemus rei, de qua nos cogitare sumus conscii, quod exemplo maximae velocitatis paulo ante ostendi. Nec minus abuti video nostri temporis homines jactato illo principio: quicquid clare et distincte de re aliqua percipio, id est verum seu de ea enuntiabile. Saepe enim clara et distincta videntur hominibus temere judicantibus, quae obscura et confusa sunt. Inutile ergo axioma est, nisi clari et distincti criteria adhibeantur, quae tradidimus, et nisi constet de veritate idearum. De caetero non contemnenda veritatis enuntiationum criteria sunt regulae communis Logicae, quibus et Geometrae utuntur, ut scilicet nihil admittatur pro certo, nisi accurata experientia vel firma demonstratione probatum; firma autem demonstratio est, quae praescriptam a Logica formam servat, non quasi semper ordinatis

Scholarum more Syllogismis opus sit (quales Christianus Herlinus et Conradus Dasypodius in sex priores Euclidis libros exhibuerunt), sed ita saltem ut argumentatio concludat vi formae, qualis argumentationis in forma debita conceptae exemplum, etiam calculum aliquem legitimum esse dixeris; itaque nec praetermittenda est aliqua praemissa necessaria, et omnes praemissae jam ante vel demonstratae esse debent, vel saltem instar hypotheseos assumtae, quo casu et conclusio hypothetica est. Haec qui observabunt diligenter, facile ab Ideis deceptoribus sibi cavebunt. His autem satis congruenter ingeniosissimus Pascalius in praeclara dissertatione de Ingenio Geometrico (cujus fragmentum extat in egregio Libro celeberrimi Viri Antonii Arnaldi de arte bene cogitandi) Geometrae esse ait definire omnes terminos parumper obscuros, et comprobare omnes veritates parumper dubias. Sed vellem definiisset limites, quos ultra aliqua notio aut enuntiatio non amplius parumper obscura aut dubia est. Verumtamen quid conveniat, ex attenta eorum quae hic diximus consideratione erui potest, nunc enim brevitati studemus.

Quod ad controversiam attinet, utrum omnia videamus in DEO (quae utique vetus est sententia, et si sano sensu intelligatur, non omnino spernenda) an vero proprias ideas habeamus, sciendum est, etsi omnia in DEO videremus, necesse tamen esse ut habeamus et ideas proprias, id est non quasi icunculas quasdam, sed affectiones sive modificationes mentis nostrae, respondentes ad id ipsum quod in DEO perciperemus: utique enim aliis atque aliis cogitationibus subeuntibus aliqua in mente nostra mutatio fit; rerum vero actu a nobis non cogitatarum Ideae sunt in mente nostra, ut figura Herculis in rudi marmore. At in DEO non tantum necesse est actu esse ideam extensionis absolutae atque infinitae, sed et cujusque figurae, quae nihil aliud est quam extensionis absolutae modificatio. Caeterum cum colores aut odores percipimus, utique nullam aliam habemus quam figurarum et motuum perceptionem, sed tam multiplicium et exiguorum, ut mens nostra singulis distincte considerandis in hoc praesenti suo statu non sufficiat, et proinde non animadvertat perceptionem suam ex solis figurarum et motuum minutissimorum perceptionibus compositam esse, quemadmodum confusis flavi et caerulei pulvisculis viridem colorem percipiendo, nil nisi flavum et caeruleum minutissime mixta sentimus, licet non animadvertentes et potius novum aliquod ens nobis fingentes.

## Meditações sobre o Conhecimento, a Verdade e as Idéias <sup>1</sup>

Gottfried Wilhelm Leibniz

(422) Visto que se alimentam hoje entre Homens importantes controvérsias sobre as idéias verdadeiras e falsas, e que esse assunto, que nem o próprio Descartes tratou de modo completamente satisfatório, é de grande importância para o conhecimento da verdade, acho conveniente explicar em poucas palavras o que me parece dever ser estabelecido sobre as diferenças e os critérios das Idéias e dos conhecimentos. Um conhecimento é ou obscuro ou *claro*, e o claro é, a seu turno, ou confuso ou *distinto*; o distinto, ou inadequado ou *adequado*, e também ou simbólico ou *intuitivo*: e, certamente, se for simultaneamente adequado e intuitivo, é absolutamente perfeito.

*Obscura* é uma noção que não basta para que a coisa representada seja reconhecida; como se eu tivesse de alguma maneira a lembrança de alguma flor ou de algum animal anteriormente visto, mas não o tanto suficiente para que possa reconhecê-lo quando é apresentado e distingui-lo de um similar; ou, se considerasse um termo qualquer pouco explicado na Escola, como a Enteléquia de Aristóteles, ou a causa, enquanto é comum à matéria, à forma, à eficiente e ao fim, e outros desse tipo, dos quais não possuímos nenhuma definição certa. Donde também se torna obscura uma proposição na qual entra uma tal noção. Um conhecimento, então, é *claro* quando tenho como poder reconhecer a coisa representada, e este é, a seu turno, ou confuso ou distinto. É *Confuso* quando não posso enumerar isoladamente as marcas<sup>2</sup> suficientes para distinguir a coisa de outras, conquanto a coisa de fato tenha aquelas marcas e requisitos nos quais sua noção possa ser resolvida; como cores, odores, sabores, e outros objetos próprios dos sentidos que certamente reconhecemos de modo suficientemente claro e discernimos uns dos outros, mas apenas pelo

testemunho dos sentidos, e não por marcas enunciáveis. Por isso não podemos explicar a um cego o que é o vermelho, nem podemos dar a conhecer a outros coisas que tais a não ser conduzindo-os à presença da coisa e fazendo com que vejam, cheirem, saboreiem, ou ao menos fazendo-os lembrar alguma percepção passada semelhante; conquanto seja certo que as noções (423) dessas qualidades são compostas e podem ser resolvidas, porquanto suas causas existam. Da mesma forma, vemos pintores e outros artistas conhecerem bem o que é corretamente feito e o que é feito de modo defeituoso, mas muitas vezes não poderem dar a razão de seu juízo, e, quando indagados, disserem sentir falta na coisa que desagrada de um não-sei-o-quê. Mas uma *noção distinta* é como aquela que os peritos possuem do ouro, a saber, por marcas e por exames suficientes para discernir a coisa de todos os outros corpos semelhantes. Costumamos ter tais [noções] acerca de noções comuns a muitos sentidos, como de número, de grandeza, de figura, e também acerca de muitos afecções <*affectus*><sup>3</sup> do ânimo, como a esperança, o medo, em uma palavra, acerca de tudo aquilo de que temos *Definição nominal*, que outra coisa não é que a enumeração das marcas suficientes. Mas há também conhecimento distinto de uma noção indefinível, quando ela é primitiva ou é marca de si mesma, isto é, quando é irresolúvel e não é entendida senão por si, de modo que não tem requisitos. Nas noções compostas, a seu turno, porquanto por vezes é certo que as marcas componentes são cada qual conhecidas de modo claro, mas não obstante confusamente, como o peso, a cor, a água forte, e outras marcas que integram o ouro, por isso um tal conhecimento do ouro, embora seja distinto, é contudo *inadequado*. Mas quando aquilo que entra em um conhecimento<sup>4</sup> distinto é, a seu turno, distintamente conhecido, ou seja, quando a análise é conduzida até que se chegue ao fim, o conhecimento é *adequado*. Deste não sei se os homens poderiam dar um exemplo perfeito; todavia, o conhecimento dos números dele se aproxime muito. Mas na maior parte das vezes, principalmente em uma Análise mais longa, não intuímos simultaneamente toda a natureza da coisa de uma só vez; mas, no lugar das coisas, usamos sinais cuja explicação costumamos, por causa de alguma abreviação do pensamento, negligenciar no momento, cientes ou acreditando que ela está em nosso poder. Assim, quando penso em um Quilíogono, ou seja, em um Polígono de mil lados iguais, nem sempre considero a natureza do



lado, da igualdade, e do milhar (ou seja, do cubo de dez), mas utilizo essas palavras (cujo sentido aparece ao menos obscura e imperfeitamente ao espírito) na alma no lugar das idéias que deles tenho, já que me lembro de ter a significação dessas palavras e julgo que sua explicação não é necessária no momento; costume chamar um tal pensamento *cego* ou também *simbólico*, que utilizamos na Álgebra e na Aritmética, aliás, quase por toda parte. E certamente, quando uma noção é muito composta, não podemos pensar simultaneamente todas as noções que a integram; contudo, onde isso pode ser feito, ou ao menos enquanto o pode, chamo o conhecimento *intuitivo*. De uma noção distinta primitiva não há outro conhecimento que o *intuitivo*, ao passo que das compostas o conhecimento, na maior parte das vezes, não é senão simbólico.

(424)Disso já fica evidente que mesmo daquilo que nós conhecemos distintamente, não percebemos as idéias a não ser até onde usamos um conhecimento intuitivo. E seguramente, acontece que muitas vezes acreditamos falsamente ter na alma *idéias* de coisas quando supomos falsamente que alguns termos que usamos já teriam sido por nós explicados; e não é verdade, ou pelo menos é certamente sujeito a ambigüidade, o que alguns afirmam, que não podemos falar de alguma coisa entendendo o que dizemos a não ser que tenhamos uma idéia dela. Pois muitas vezes entendemos de algum modo cada uma das palavras, ou então nos lembramos de tê-las entendido anteriormente, mas, porque nos contentamos com esse pensamento cego e não prosseguimos suficientemente a resolução das noções, resulta que uma contradição, que a noção composta eventualmente envolva, [fique] oculta para nós. O antigo argumento pela existência de Deus, já célebre entre os escolásticos, e renovado por Descartes, fez com que eu considerasse isso mais distintamente. Ele apresenta-se assim: Tudo o que se segue da idéia ou da definição de alguma coisa pode ser predicado da coisa. A existência segue-se da idéia de DEUS (ou do Ser absolutamente perfeito, ou do qual não se pode pensar nada maior). (Pois o Ser absolutamente perfeito envolve todas as perfeições, em cujo número também está a existência). Portanto, a existência pode ser predicada de DEUS. Ora, é preciso saber que daí se conclui apenas que, se DEUS é possível, segue-se que existe. Pois não podemos fazer uso com segurança de definições para concluir antes de sabermos que elas são reais, ou que não envolvem nenhuma contradição.

A razão disso é que, de noções que envolvem contradição, opostos podem ser concluídos simultaneamente, o que é absurdo. Para esclarecê-lo, costumo usar o exemplo do movimento mais rápido, o qual implica um absurdo; pois suponhamos que uma certa roda gire com o movimento maximamente veloz; quem não vê que, se um raio da roda é alongado, sua extremidade terá um movimento mais veloz que aquele de um prego na circunferência da roda? Portanto, o movimento dela não é o mais veloz, contrariamente à hipótese. E, no entanto, à primeira vista poderia parecer que temos a idéia do movimento mais veloz; pois certamente entendemos o que dizemos, não obstante certamente não tenhamos nenhuma idéia de coisas impossíveis. Desse mesmo modo, não basta pensarmos no Ser absolutamente perfeito para que nos arroguemos ter dele uma idéia; e na demonstração apresentada há pouco, a possibilidade do Ser absolutamente perfeito deve ser ou mostrada ou suposta para que concluamos corretamente. No entanto, nada mais verdadeiro que temos uma idéia de DEUS, e que o Ser absolutamente perfeito é possível, ou melhor, necessário. Contudo, o argumento não é satisfatoriamente conclusivo, e já foi rejeitado pelo Aquinate.

E assim temos também a diferença entre as *definições nominais*, que contém apenas as marcas pelas quais uma coisa se distingue de outras, e as *reais*, (425) pelas quais se assegura que uma coisa é possível. E por esta razão se satisfaz Hobbes, que queria que as verdades fossem arbitrárias, porque dependeriam de definições nominais, não considerando que a realidade de uma definição não repousa no arbítrio e que não se pode unir quaisquer noções entre si. E definições nominais tampouco são suficientes para uma ciência perfeita, a não ser quando se assegura em outro lugar que a coisa definida é possível. Fica também manifesto, enfim, o que é uma *Idéia verdadeira* e o que é uma *falsa*: é verdadeira quando a noção é possível, e falsa quando envolve contradição. Ora, conhecemos a *possibilidade* de uma coisa ou *a priori* ou *a posteriori*. *A priori* quando resolvemos uma noção em seus requisitos, ou em outras noções cuja possibilidade é conhecida, e sabemos nada haver nelas de incompatível; isso ocorre, dentre outros, quando entendemos uma maneira pela qual uma coisa poderia ser produzida; eis por que as *Definições causais* são, em comparação com outras, úteis. *A posteriori* quando experimentamos que a coisa existe em ato; pois o que existe ou existiu em ato certamente é possível.

E sempre que se tem um conhecimento adequado, tem-se também um conhecimento da possibilidade *a priori*; pois se uma análise é conduzida até o fim e se nenhuma contradição aparece, a noção certamente é possível. Mas, se algum dia uma perfeita análise de noções poderia ser efetuada pelos homens, se poderiam reduzir seus pensamentos seja aos *primeiros possíveis* e às noções irresolúveis, seja (o que redundaria no mesmo) aos próprios Atributos absolutos de DEUS, a saber, às causas primeiras e à razão última das coisas, eis o que eu seguramente não ousaria determinar já. Na maior parte das vezes ficamos satisfeitos em termos aprendido a realidade de certas noções pela experiência, e a partir daí posteriormente compomos outras a partir do modelo da natureza.

Penso então que, a partir daí, pode-se enfim entender que nem sempre se pode apelar com segurança para as idéias, e muitos abusaram desse belo título para sustentar algumas de suas imaginações; pois não temos de imediato a idéia da coisa na qual somos conscientes de estarmos pensando, o que há pouco mostrei pelo exemplo da velocidade máxima. E vejo ainda que os homens do nosso tempo não abusam menos daquele aclamado princípio: de que *tudo o que percebo clara e distintamente de uma certa coisa é verdadeiro, ou dela enunciável*. Pois muitas vezes, aos homens que julgam irrefletidamente, parece claro e distinto o que é obscuro e confuso<sup>5</sup>. Portanto, o axioma é inútil, a não ser que sejam usados os *critérios* de claro e de distinto que propusemos, e a menos que se assegure a verdade das idéias. Ademais, não se deve desconsiderar que são critérios de verdade de enunciados as regras da *Lógica comum*, que são utilizadas pelos Geômetras, como por exemplo, que não se admita como certo nada que não tenha sido provado por uma experiência cuidadosa ou por uma demonstração sólida. Ora, uma demonstração sólida é aquela que observa a forma prescrita pela lógica; não que seja sempre preciso Silogismos ordenados (426) segundo o costume das Escolas (como os que Cristiano Herlino e Conrado Dasipódio apresentaram nos seis primeiros livros de Euclides), mas ao menos que o argumento conclua por força da forma; e diria que é exemplo de uma tal *argumentação* concebida *na forma* devida qualquer cálculo legítimo. Por conseguinte, não se deve negligenciar uma premissa necessária, e todas as premissas devem já ter sido anteriormente ou demonstradas ou ao menos assumidas a título de hipóteses, caso em que também a conclusão é hipotética. Aqueles que observarem atenta-

mente isso facilmente se resguardarão de Idéias enganadoras. É é bem conforme a isso o que o muito engenhoso Pascal, na brilhante dissertação sobre o Espírito Geométrico (da qual consta um fragmento no notável Livro do célebre Antoine Arnauld sobre a arte de bem pensar), diz ser devido ao Geômetra: definir todos os termos, *por menos obscuros que sejam*, e comprovar todas as verdades, *por menos duvidosas que sejam*. Mas eu ainda desejaria que ele tivesse definido os limites para além dos quais uma noção ou enunciação já não mais é pouco obscura ou duvidosa. Contudo, o que for conveniente pode ser extraído da consideração cuidadosa do que dissemos aqui, pois agora pretendemos ser breves.

No que diz respeito à controvérsia se vemos tudo em DEUS (que certamente é uma opinião muito antiga e que, se entendida em sentido razoável, não deve ser totalmente desprezada) ou se de fato temos idéias próprias, deve-se saber que ainda que víssemos tudo em DEUS, é contudo necessário que também tenhamos idéias próprias, isto é, não certos pequenos ícones, por assim dizer, mas afecções ou modificações do nosso espírito, correspondentes àquilo que perceberíamos em DEUS; pois certamente, consoante nos sobrevêm uns e depois outros pensamentos, uma mudança qualquer ocorre no nosso espírito. Sem dúvida, as Idéias das coisas não pensadas por nós em ato estão em nosso espírito, assim como a figura de Hércules no mármore bruto. E em DEUS não apenas é necessário que a idéia da extensão absoluta e infinita esteja em ato, mas também de qualquer figura, que nada mais é que uma modificação da extensão absoluta. Ademais, quando percebemos cores e odores, certamente não temos nenhuma outra percepção senão de figuras e de movimentos, mas tão múltiplos e pequenos que, nos seu presente estado, nosso espírito não é competente para considerar cada qual distintamente, e por isso não repara que sua percepção é composta de percepções minúsculas de figuras e de movimentos; do mesmo modo que, ao perceber a cor verde em minúsculos grânulos azuis e amarelos confundidos, não sentimos nada senão o azul e o amarelo finamente misturados, conquanto não reparemos e, mais que isso, imaginemos tratar-se de um novo ser.

tradução Vivianne de Castilho Moreira – Universidade Federal do Paraná

<sup>1</sup> Artigo publicado nas *Acta Eruditorum* em novembro de 1684. O texto latino é retirado da edição de C. I. Gerhardt: G. W. Leibniz. *Die philosophischen Schriften*, Vol. IV, pp. 422-426 – Georg Olms Verlag, Hildesheim, 1996.

<sup>2</sup> O termo "marca" foi preferido aqui ao termo "nota" em consideração às próprias caracterizações feitas por Leibniz. Na explicação das distinções conceituais aqui tecidas, que ele oferece no célebre opúsculo *Discours de métaphysique* (Cf. § 24 – G.W. Leibniz, *Die philosophischen Schriften*, IV, pp. 449-451), redigido mais ou menos à mesma época (1686) dessas *Meditações*, o autor opta por empregar a palavra "*marque*" nas ocorrências em que se leria a palavra latina "*nota*". Visto haver igualmente a correlativa de "*nota*" na língua Francesa ("*note*"), e visto serem bem próximas em suas significações as palavras francesas e portuguesas, respectivamente, "*note*" e "*nota*", por um lado, e "*marque*" e "*marca*", por outro, julgou-se mais próximo ao pensamento leibniziano o emprego de "*marca*" para traduzir "*nota*". Assinale-se, ainda, que, em um texto bem posterior – os *Nouveaux essais sur l'entendement humain* – ao retomar a discussão, é novamente da palavra francesa "*marque*" que Leibniz se serve (Ver Livro II, Cap. 29 – G.W. Leibniz, *Die philosophischen Schriften* V, p. 237).

<sup>3</sup> A palavra "afecção" tem sido aqui reservada para traduzir a latina "*affectio*". No entanto, visto não ter sido encontrado correlato melhor em português para o termo "*affectus*", optou-se aqui por empregar uma única palavra para traduzir ambos os vocábulos latinos, assinalando as ocorrências em que "afecção" se emprega no lugar de "*affectus*".

<sup>4</sup> Não foi encontrado um termo que traduzisse adequadamente a palavra latina "*notitia*". Em virtude de sua origem comum com "*nota*", pareceria conveniente, à primeira vista, traduzi-la por "marca", para seguir a homogeneidade do texto. Contudo, os qualificativos "claro", "distinto", etc., são empregados no presente opúsculo para qualificar precipuamente as noções, consoante elas envolvem de certo modo os conhecimentos de marcas. A palavra "noção", a seu turno, foi reservada à tradução de "*notio*", à qual Leibniz parece conceder, no presente texto, uma significação mais ampla que conhecimento (o texto sugere que a análise de uma noção pode conduzir à certeza da impossibilidade da idéia correlativa), o que foi estimado inviabilizar a tradução de "*notitia*" por "noção". Com efeito, a palavra latina se emprega como designando um conhecimento, algo de que se é ciente, tendo uma significação mais próxima, portanto, à de *cognitio*, aqui traduzida por "conhecimento".

<sup>5</sup> A frase está no plural. Contudo, preferiu-se aqui traduzi-la para o singular a fim preservar a neutralidade do texto latino

